



1221,4

PROGRAMMA WILHELMI HULDERICI Waldschmiedts / D.

IN ACADEMIA CHRISTIAN - ALBERTINA
PROFESSORIS MÆDICI PRIMARII, PHYSICES EXPE-
RIMENTALIS ORDINARII, ACAD. CÆSAR. LEOPOLD. CA-
ROLIN. COLLEGÆ, FACULTATIS MEDICÆ DECANI,
ET COLLEGII CHIRURGORUM PRÆSIDIS,

IN AVGVRALI DISPVTATIONI
VIRI DOCTISSIMI
DN. PETRI HENNINGS,
PRACTICI IN DITHMARSIA DEXTERIMI,
DE
FRACTURIS OSSIUM
SINE VIOLENTA CAU-
SA EXTERNA,
PRÆMISSUM.

KILIÆ,
LITTERIS HÆREDUM BARTH. REUTHERI.

PROGRAMMA
WILHELI HUSSERI

Scđođtumgđa D

IN ACADEMIA CIRCIAN ABERRINA
BONONIENSIS MEDIC TRIMARII CHYSES EXTR
INSTITUTIUS DISCIPULI ADO CASA
REZIUS COLLEGATIATIS MEDIC DEDICATI
IN COLLEGIIS CIRRIEOKUM PRÆSIDIT

INGENIUM DIPLOMATION

ARTI DOCTRINA

DU PETRI HENNINGCS
HACIO IN DIETMARII DEXTERIUM

ERACTURIS QSIKUM

SIT AVOLINTA CAU

SA EKHTRIA

TR. EMERIT

1581
F. G. F. R. M. S. T. P. T. T. T. T. T.



T in aliis rebus gerendis, ille recte
prædicatur felix, qui potuit rerum
cognoscere causas, ita in medicina
facienda merito ille habetur felicis-
simus, qui omnes, qui corpori hu-
mano accidunt affectus, ad suas causas reducere no-
vit. Etenim quid, non dico jucundius, sed utilius
est, quam perspetuum habere, quot, quibusque
modis, & a quibus causis actiones, ac varia, quæ
in corpore nostro obeuntur, opera vitentur, labe-
factentur ac aboleantur, corporisque qualitates &
alia, quæ in corpore nostro fiunt, mutantur, at-
que a naturali stature recedant? Imo, hoc ipsum est,
quo veri ac rationales, seu dogmatici, ut appellantur,
Medici, ab empiricis discernuntur. Nam, cum
alia multa, tum hoc etiam temere & præter rationem
agunt empirici, quod symptomatis solis intenti sunt,
& ea curare satagunt, causasque interim, a quibus
pendent, male negligunt. Nimirum, ut canes um-
bram interdum allatrant, & lapides quibus petun-
tur, morsu impetunt, eo, qui illos conjicit, negle-
cto; ita & mali Medici plerumque omnem curam
ad symptomata dirigunt, causis interim, & fonte mali
posthabito; quo ipso ægris maxime nocent. Cum
enim idem symptoma idemque morbus a diversis
causis ortum habere possit: si quis illa, quæ olim prod-
esse observavit, alii ægro, eodem morbo laboranti,
nullo causarum habitu respectu, adhibere velit, il-
lum in præsens vitæ aut sanitatis periculum conjiciat,
necessum est. Contra Medici, qui simul rationem
ducem sequuntur, et si & ipsi nec morbum ipsum, nec

symptomata negligant, tamen ad eorundem curam
animum non semper primario intendunt, sed id agunt
præcipue, ut in cognitionem causarum, a quibus illa
pendent, veniant, easque removere possint, quibus
ablatis, reliqua ut plurimum sponte evanescunt.
Quare pars ea medicinæ, quæ de signis agit, atque
inter divinationum genera non adeo inepte a non-
nullis collocatur, & summe utilis est, perque neces-
saria: At enim, ut in operatione & perfectione re-
rum quarumvis aliarum, ita quoque in morborum
curatione duo necessaria, sunt consideranda. Al-
terum agendorum & curandorum, alterum ratio
agendi & curandi. Nisi enim morbi cuius curatio
fuscipitur, natura & essentia, perinde ac caussa, quæ
illum produxit, probe cognita & perspecta sit, fru-
stra omnis instituitur curatio, quandoquidem ut ignoti
nulla cupido, sic morbi incogniti, cujusque caussæ
latent, nulla omnino sit artificiosa curatio, quem
nec qui parum novit, aut plane ignorat, ullus pos-
sit tollere artifex. Morbi quippe essentia causaque
ignorata, Medicus quid in cura ejusdem præstare
queat, non video, ne dum intelligo. Recte igitur
felicem, imo felicissimum merito deprædicat illum
Poëta, *Qui potuit rerum cognoscere causas*: omnesque
qui accident humano corpori, affectus ad illas, eas-
que certas novit reducere: & sagacis nomen justo
titulo meretur Medicus, qui sagiendo, vel, ut Cice-
roni placet, acute sentiendo, hoc est solerter & cal-
lide indagando exquirit & percontatur, quæ ab-
strusa reconditaque quasi in corporea hominis
natura latent, non cuivis obvia. Ut enim in
morbis saepe miracula observantur, ita & in eo-
run-

rundem causis haud raro aliiquid extraordinarii, &
quod ipsam rationis aciem fugit attendere licet. Ope-
ræ pretium igitur quam maximum præstare viden-
tur illi, qui singularia hujusmodi, & raro contingentia
scriptis annotant, & in observationibus rarioribus an-
notandis, causisque minus obviis eruendis judicium
suum exercent, cum aut altum in his apud authores sit
silentium, aut circumstantiarum necessiarum, causa-
rumque recensio superficiarie saltem facta appareat:
quale quid in internis non solum, sed externis quoque
corporis humani affectibus evidentissimum esse exi-
stimo. Et ut de ultimis hisce verba tantum faciam, & in
specie de morborum solutæ unitatis specie, quæ in par-
te dura seu ossea fit, fracturam vocant, paucissimi sane
sunt, qui de causa quadam interna hujus mali unquam
cogitarunt: siquidem in scholis medicis quotidie doce-
tur, ossa disstringi, aut fracturas fieria casu, contusione,
plaga, percussione, ictu, verbo: a causis externis; de
internis altum plerumque est silentium, nisi ea quæ de
ossum carie subinde occurrunt huc trahere velimus,
& ea in specie, quæ de spina ventosa, affectu admodum
raro hinc inde reperiuntur, quæ tamen omnia cau-
sam potius remotam nostri affectus, quam proximam
respiciunt. Laudanda igitur est singularis in-
dustria præsentis *Candidati nostri*, qua in rarissimi
affectuum causas inquire, circumstantias examina-
re, atque legitimam medendi methodum, inaugurali
hoc suo specimine tradere voluit. Qua quidem occasio-
ne silentio non prætereundam, sed publice hic comme-
morandam esse censeo, sortem Facultatis nostræ, et
iam inter tempora difficillima satis faustam atque pro-
speram, cui equidem singulari Numinis benignitate.

contigit, ut triennii ipatricko, tres promotiones Doctorales, in quibus quinque medicinæ Candidatis Doctissimis titulos, immunitates, privilegia Doctoralia, publice & majorum more contuli, peractæ hic fuerint; & intra quadriennium, præter disputationes inaugurales quatuor a Candidatis medicinæ summa cum laude, meo sub præsidio habitis, nunc quintam mihi intimare liceat, conscriptam a Viro Nobilissimo atque Clarissimo, PETRO HENNINGS, de cuius natalibus, studiis Academicis, itineribus medicis, & præxi in patria haetenus feliciter exercita, pro more Facultati consueto pauca hic addere liceat.

Communiem hanc in lucem suscepitus is est Meldorfii Dithmarorum, anno reparatæ salutis seculi superioris octuagesimo octavo. Patre Viro nobilissimo, NICOLAO HENNINGS, causarum forensium Patrono, ac plenipotentiario Provinciali: Matre Matrona honesta, omnibus sui sexus virtutibus ornatissima CHRISTINA, stirpis Bruhnianæ. Nec defuere optimi hi Parentes officio suo, sed simul ac per ætatem id fieri poterat, pietate & literarum studiis imbuendum curarunt filium huncce, in auxilii partem adscitis privatis informatoribus; hinc scholæ patriæ publicæ eundem tradiderunt, ubi summis laudibus non potest non efferre & deprædicare industriam Rectoris, Dn. HENRICI MEYERI, Viri pietate & doctrina egregii, nunc scholam Tonningsensem moderantis, qui eum, directore beato BENZENIO, consistorii Dithmarsiæ australis Præposito, literis humanioribus eo usque perfecit, ut anno præsentis Seculi octavo, Jenensium Musarum sedem cum laude salutare potuerit. In hocce bonæ men-

mentis & literarum optimarum emporio, hæsit per
Annos tres cum dimidio, & in Philosophicis SYRBI-
UM, in Mathematicis & Physicis acutissimum HAM-
BERGERUM, *vñ ēr c̄yios*, in Medicis WEDE-
LIOS, Patrem & Filios sedulus auscultavit, quo-
rum ille, communis medicorum Germaniae Magi-
ster suo audit merito, & tritum istud: *medicum decet mo-*
ri senem, illustri suo exemplo comprobavit. *Quin*
& SLEVOG TII celeberrimi, in docendo dexter-
itatē dignis effert laudibus. Patrios deinde revisit
lares, inter quos per biennium moratus, chymicis la-
boribus imprimis navavit operam. Postea autem, ut
artem ulterius excoleret, ad Batavos iter paravit,
& Ultrajecti ad Rhenum per novem menses sedem
fixit, ductuque Professorum celeberrimorum, VAL-
LANTI & LEUSDENI nosocomium sedulus in-
visit, & anatomicis demonstrationibus & chirurgi-
cis operibus sèpius interfuit. Dehinc Lutetias Pa-
risiorum adiit, ibidemque per annum integrum pe-
pendit in chirurgicis & anatomicis ab ore Dni. DU
VERNEJI, in botanicis Dn. JUSSIEVI, in chimicis
Dn. L'EMERII junioris, in doctrina de materia medi-
ca GEOFROEI, & simul in nosocomiis istius loci splen-
didissimis, quasvis operationes chirurgicas oculis usur-
pavit, indeque anno seculi præsentis quinto & decimo
patriæ redditus, medicinam inter conterraneos summa
cum laude haçtenus fecit. His igitur egregiis litera-
rum & philosophiaæ subsidiis, anatomiae, botanices, chi-
miæ, materiæ medicæ scientiis; præxeos medicæ & chi-
rurgicæ experientiis fatis instructus, nomen Facultati
nostræ dedit, & ad consueta examina admitti, mode-
ste

130

ste petuit. Et postquam examina privata summa cum
laude sustinuit, publico nunc destinata est elegantissi-
ma quam de fracturis ossum sine violentia causa externa con-
scriptis, dissertatio: Quare MAGNIFICO in primis Dn.
PRO RECTORI & PRO CANCELLARIO, totique
AMPLISSIMO PROFESSORUM ORDINI, ipsum
Doctorandum nostrum, die III. Octobris horis ante
& pomeridianis consuetis, in palestra illa, qua-
sudare solent cingendi sistam, ut si cui comodum
fuerit, opponendo in vires Doctorandi inquirat. Ad
quam solemnam panegyrin, **PATRONOS, PRO-**
CERES, FAUTORES, ET OMNES, QUI LITERIS
FAVENT, ET QUOTQUOT JUSTUM MEDICINÆ PRE-
TIUM PONITIS; Vosque Commitliones suavissi-
mos ea, qua par est observantia & humanitate invito.
Dabitis id Facultati, dabitis mihi, dabitis Can-
didato meo, ut vestrum favorem & benevolentiam
constantem ac perpetuam venerari ac celebrare li-
ceat! P. P. Kiliæ Holsat. Dom. XVI. post Trinit.
MDCCXXI. Sub Sigillo Facultatis Medicæ.



ULB Halle
004 367 324

3





PROGRAMMA
WILHELMI HULDERICI
Waldtschmiedts / D.

IN ACADEMIA CHRISTIAN - ALBERTINA
PROFESSORIS MEDICI PRIMARII, PHYSICES EXPE-
RIMENTALIS ORDINARII, ACAD. CÆSAR. LEOPOLD. CA-
ROLIN. COLLEGÆ, FACULTATIS MEDICÆ DECANI,
ET COLLEGII CHIRURGORUM PRÆSIDIS,

IN AVGVRALI DISPVTATIONI
VIRI DOCTISSIMI
DN. PETRI HENNINGS,
PRACTICI IN DITHMARSIA DEXTERIMI,

DE
FRACTURIS OSSIUM
SINE VIOLENTA CAU-
SA EXTERNA,
PRÆMISSUM.

KILIÆ,
LITTERIS HÆREDUM BARTH. REUTHERI.

